

De castigatione
corpis sui
et spiritus

Magno fuit
affectu de
lexerat sp

Misericus
pauperes fuit

Cum ecclesia
sensit rona

Nemine a
uersione mōs
tra rupulit

Summa in deum charitate feruebat: pro cuius amore nullis laboribus nullisque parcebat expensis: quibus uel dei honorem uel proximorum salutem operari potuisset. Corpus suum ieiuniis, uigiliisque pene continuis pro christi amore macerabat: tantisque lachrymis sancte compunctionis se mactabat in sacrificium laudis ut eum lumen oculorum cito amissurum credidisset. Forundus erat in conuersatione fraterna non dissolutus, meratusq; ei tam grauitate pastoralis dulcis affabilitas quam multos in sui fauorem facile attraxit. Ante uero humilitatis extitit ut non solum doceri ab inferioribus in his que nestire forsitan uideretur, sed etiam corrigi multoties non sit dedignatus. Fratres suos et in christo filios mirabili dilectionis affectu fouebat: singulorumq; causas et necessitudines non secus quam animam suam curare studebat. Nullus unquam suorum quantumlibet tristis uel temptatus ad eum gratia consolatorum accessit: qui non dulcedine uerborum eius abiret magnifice consolatus. Summe in pauperes clementie fuit, oesque infirmos egenos debilesque quos reperit paterno fouebat affectu: usque adeo ut se uestimentis multoties spoliaret suis quibus nuditatem aliorum pauperis operiret. Multa enim pauperibus et hospitibus larga manu distribuit: et tamen in omnibus curam suam non neglexit. In ea contentione que inter summum pontificem gregorium septimum et Henricum regem quartum in multarum periculum uicinarum uertebatur nulla potuit ratione induci ut his qui uitarum christi impugnabant uel in minimo consensiret. Nec solum partes apostolice defendere et obseruare uoluit: sed etiam quoscumque potuit uerbo et exemplo publice et priuatiu non aduertens indignationem magnanimitate ad eius obedientiam reduxit. Magne fuit charitatis magnus amator ut neminem deo seruire uolentem repelleret, non paupertatem non imperitiam personarum attendit, sed omnes ad obsequium creatoris uementes, nobiles et ignobiles, diuites et pauperes, do-